



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

27. Martij. Nulla res creata potest talem lætitiã in anima creare, quæ possit æquare gaudium Spiritûs Sancti. S. Ignat. apud Ribaden. l. 5. c. 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Etiam belluæ amant beneficia, & vultures eò advolant, ubi bolum sperant. Amorem Dei assurgere debet altiùs, lucrum non quærat, omne, quod assequi lucrum potest, amor sit.

Infinittum damnum incurrimus, si aliam præter Deum, mercedem quærimus. Si alia omnia obtineas, sine illo miser es. Caelum ipsum sine Dei amore infernus efficitur & infernus cum Dei fruitione in cœlum transiret.

Omnis creaturæ amor inutilis, imò noxius est. Solus Dei amor fecundus est, quo pleno alveo promanant omnia dona gratiæ & gloriæ. Ama Deum, quid faciliùs & beatus es.

27. Martii.

Nulla res creata potest talem letitiam anima creare, qua possit equare gaudium Spiritûs Sancti. S. Ignat. apud Ribadeau l. 5. c. 10.

GAUDIO, quod offert mundus, dixit quid vanè deciperis? illud sincerum est gaudium, quod nemo tollet à nobis.

Esse sine delectatione anima non solet vel infimis delectatur, vel summis. Illæ in

tant palatum, non satiant : istæ sunt , quæ solæ animam, cùm sit immortalis, exple-
re possunt.

Magna ars est scire gaudere. Lætari in rebus pessimis, res est materia lachrymarum. Ut ignis & aqua non cohærent, ita nemo carnales unà, & spirituales delicias gustare speret.

Vis nunquam esse tristis : semper bene vive. Ex hoc fonte pura promanant solas tiam, nullæ te jure affligent miserix, si vel unus gratiæ divinæ gradus consoletur.

28. Martii.

Heu! quàm sordet mihi terra, dum cælum aspicio. S. Ignat. apud Bart. l. 4. §. 28.

AD altiora nati sumus, quàm ut infimis delectemur. Naturæ beneficio licet ad altiora aspirare, quæ os homini sublime dedit, cælumque tueri jussit, & erectos ad sidera tollere vultus, magis autem corda.

Cælum patria est, terra exilium, illud beatitudinis, hæc calamitatis ferax. Sursum proinde vota ! sursum desideria ! hanc despice, & illud suspice.

Sordeat nobis terra, sordeant omnia
ejus